

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Capvt VII. Septima Christi morientis cygnea modulatio: Pater in manus  
tuas commendo spiritum meum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

dum amarus calix, dum tandem licet dicere, *Consummatum est. Calice dedit nobis Pater, non bibemus illum?* Quidquid calamitatis uspiam aut crucis est, à Deo est. Quamcumque autem Deus imponat crucem, ferenda est. Neque verò tantum hoc onus portandum, sed pendendum & morientum in eo. Ultimus hic actus, posse dicere, *Consummatum est. E cruce in paradisum iter turum est.* Sed vita finem quisque nostrum audiens: *Consummatum est vita tua, completa est labor tuus, voluptas pariter & dolor finiuntur.*

Quā perseverantia consummārunt tot teneræ virgines, puerique medio luxu nati, inter delicias educati, quos forma, opes, amicorum turba, spes honorum maxima ad vitæ licentiam trahebant? Et tamen inter malorum irritamenta, inter tot blandimenta fortuna sterterunt impavidi, nec cervices mundo flexerunt, steterunt opum, honorum, voluptatum contemporaves. Non defuerunt amicorum & parentum indignationes, minæ, contemptus, spoliations, vincula, verbera, mors ipsa: steterunt intericti, inter crudeles carnificum manus, inter forcipes & candentes laminas, inter immittit flagra, belluarum dentes & ungulas, fornaces igneas, sterterunt rideptibus ac modularibus similes. Illis dulce fuit & pati pro Christo, & mori.

Quid nos torpidi, quid simile conanmur? Quia animos erigimus, & amorem nostrum in Christum crucifixum non verbis, sed factis, & insigni constantiā testamur?

Quantum erit illorum gaudium, qui tam brevi cursu feliciter consummato, coronâ se cingi sentient immortali & æternâ? quantum illorum, qui pro fugacissimorum rerum neglectu præmia sibi viderint parata, nullis seculis desitura; pro contemptu opum, omnis æternitas divitias; pro dubiis & fugitivis honoribus, celeste regnum non moritur honoribus perpetuum?

Felices ac beatissimis animæ, quæ in fine vita poterunt cum divino Paulo cantare: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae;* aut cum Christo suo: *CONSUMMATUM EST.* Transiit labor, effugerunt molestiae, dilapsa pericula, advernum nulla memoria, nihil macrorum superest, fiscata lacrymæ, præteriorum sudorum & dannorum nullus sensus, detersa lamenta omnia, in manu sunt regna numquam eripienda.

In felices nimium animæ, quæ pro securis fallacia, pro solidis vacillantia, pro plenis inania, pro profuturis noctitura, pro vieturis mortitura, pro æternis momentanea elegerunt, quæ ut suas sibi voluptates, commoda, delicias, honores tuerentur, neglexerunt facili, ut putabant, dispendio æternæ; quarum omne studium, sollicitudo, cura, cogitationes, labor & sudor omnis in perpetuaria ibat. His veniet inexspectata mors finem caduec bonis omnibus allatura. Clamabunt & hi miseri, *Consummatum est, sed sensu animo que planè alio; nec priorum more, sed dolore pleni ob tam celerem & impropositam return hic amatuarum consummationem;* pleni in mortore ob honorum, deliciarum, opum, quas vix gustaverunt, tam lacrymabilem fugam. Jamque frustra ingeminarí preces, frustra lamenta, frustra prætendi nobilitatem, eruditio nem, etatem, famam, vires, formam; frustra divitias, dignitates, regna, purpuram, sceptram, frustra favores Principum, cognatorum turbam, amicorum potentiam, jam frustra esse omnia. *CONSUMMATUM EST.* Nunc igitur, quisquis es, in auctore fidei, & Consummatorem JESVM apice. Ut vivas, vince. Delideras transiit & cruce in paradisum? In cruce consumma-

*Reprobi  
dolore  
pleni cla-  
mabunt,  
Consumma-  
tum est.*

## C A P V T VII.

*Septima Christi morientis cygnea modula-  
tio: Pater in manus tuas commen-  
do spiritum meum.*

**H** Ebræus dux Gedeon trecentos milites suos, quos divino iussu selegerat, eo impetu immisit in hostem, ut Medianitarum omnes copias fugarint fuderintque. Turma hujus armatura, gladius, vacua lagenæ lampas inclusa, clamor unanimitis & tuba. Ita Gedeon, quod liber Judicum testatur, divisit trecentos viros in tres *partes,* & dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacuas, ac lampades in medio lagenarum. Et dixit ad eos: *Quod me videtur facere, hoc facite, ingrediar partem castrorum, & quod fecero, secutimi.*

Dominus JESVS Dux noster, Gedeon verissimus, humanae gentis index desideratissimus, suâ morte Hiericho muros subruit, avernales exercitus omnes debelavit, non ferro, sed ligno. Jamque aeturus animam, clamans voce magnâ, *Pater, ait, in manus tuas commendō spiritum meum.* Hæc Domini fuit suprema in cruce ota. Nam, quod Lucas addit, *Et hac dicens expiravit.* Hoc noster oritur funebre, sed suave cärmén, quâ cœpimus methodo explanabimus.

## S. I. Voces singula breviter expresse.

I *Lle ipse, quem dixi, Gedeon noster calo descendit, Christus non pacem sed gladium missurus, adolescenti prodigo ex parte non absimilis.* 1. *Dissipavit omnem substan-  
tiam suam:* si quidem amore nostri amicos, vestes, fa-  
mam, lacrymas, sudorem, sanguinem, vires, vitam, ani-  
mam, bona omnia amisit. 2. *Cum Judæis, Publicanis, refi-  
Pharisæis, hominibus improbissimis humaniter vixit:*

*non enim vengat vocare justos, sed peccatores.* 3. *Cum an-  
num ageret duodecimum, triduo lugebatur ut perdi-  
tus, deinde in templo repertus. Iterum sub mortis tem-  
pus triduo amissus, in inferis, Patrum limbo invenie-  
dus. Si descendero in infernum, ades. Nos ipsos suavitè sub-  
inde ite perdamus, ut perdi non possimus; abdamus  
nos templo, hoc est, calo aut orco. Cælum numinis  
templum: *Dominus in templo sancto suo.* Æquæ conducit, *tarrito quandoque se abdere.* Consilium est Psalter:*

*Defendant in infernum viventes, ne scilicet descendamus* *morientes.* 4. *Ingemicens prodigos, Quantu, ait, mer-  
cenarii in domo patri mei abundant panibus, ego autem hi-  
fame pereo!* In cruce Christus dixerit: *Quot Angeli in  
domo Patri mei abundant omni voluptate, ego au-  
tem hic fame sitiique morior!* 5. *Ibo igitur ad Patrem,* *& dicam ei: Pater, in manus tuas commendō spiritum meum.*

Hæc ultima morientis verba, verè acutus in pectore Matris fuerunt gladius, qui & piorum animos transfiguravit. Cum rebellem filium Absalonem fugeret David pater, hac ipsa verba pronuntiavit: *In manus tuas com-  
mendo spiritum meum.* Non incredibile, quod aliqui cœsent, à dicto illo, *Consummatum est.* Christum Psalmotis gestivo inchoato pervenisse ad illa usque verba: *In ma-  
nus tuas commendō spiritum meum.* Nos voces singulas fut-  
tim expendamus.

I. **PATER.** Primum hoc & prope ultimum in cuius verbum fuit. *Pater, dimitté: Pater commando. Affectus hinc ingens, summa fiducia, Ira in adversis omnibus, & in ipso mortis accessu succlamandum ad Deum: Tibi me, Pater, tibi spiritum meum meaque commendo. Tuam, Pater, gloriam quæsivi, non meam, ex tua volun-  
tate, non mea, feci omnia. Nec acerbissima mortis obedienciam me avellit; in hac moriatur. Tempus est,* ut revertar ad te, qui in hunc orbem misisti me.

II. **IN MANVS. T. V. A. S.** *Illas cæli terraque acce-  
sum*

# De Christo resurgentente. Pars III. Caput VII.

427

rum omnium architectonicas artifices manus. Si quod in orbe tutum est asylum, haec manus sunt tuissimum. Gemina Deo manus est, Sapientia & Potentia, seu, Intellectus rerum omnium scientissimus. & voluntas omnipotens. His manibus cælum terramque claudit, his brachia quidquid supra cælum, quidquid infra tartarum est, stringit; his manibus architectum universa, nec ullis indiget instrumentis. Velle in Deo est posse, voluntas Dei est potentia rerum omnium effectrix. Nam, ut Palæstæ canit, omnia quacunque voluit, fecit, in celo & in terra. In paternas manus istas Filius spiritum commendavit.

III. COMENDO. Non ut alii, qui ne damnatur ad inferos, rogant, sed ut obsequientissimus fæli filius amantissimo patri suo commendat. Domo abiturus peregre, amicorum fidelissimo uxorem & liberos, & si quid vel oculus vel anima haberet chatus, commendat: ita Filius Parenti animam velut depositum tradit, quod sibi sciebat brevi restituendum fidelissime. Ulpiano &

Jurisconsultis Depositarius & Commodatarius non possident. Hic caelestis Pater Depositarius commissum sibi depositum non diu detinuit. Cum Psalte regio Petrus id affirmans. Neque, ait, derelictus est in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem.

IV. SPIRITVM MEVVM. Non opes & thesauros commando, qui, ubi caput reclinem, non habeo. Non famam & gloriam, que videtur jam omnis extinguita; hic pendo ut latro. Non corpus jam jam moritum tumulo inferendum, sed meum spiritum commendando. Christus discipulis pacem, hostibus veniam, latroni paradisum, Matri discipulum, discipulo Matrem, crucifigenibus vestes, sepulchro corpus, Patri spiritum delegavit, ut immortalitatem animi nostræ intelligentia aetè inficeret. Neque vero Patri spiritum ita commendavat, tamquam si esset quod metueret, ut nos, sed celerem rogavit in vitam redditum, & expectatam animi cum corpore coniunctionem. Nos idem longe aliter precamur, & diversa ratione fidei & creatori commendamus animas nostras, neclimus, enim utrum amore an odio digni simus. Christus solutione jam omni explicata. Consummatum est, inquit. Hoc unum superest, mortis iudicio. Pater, in manus tuas commendabo spiritum meum.

Hic morientis clamor, gladius acutus peccatori praepuc materno fuit. Beata vidua Birgitta referens arcenos inter filium & Matrem affatus, Christum hoc modo loquentem facit. Ita tu Mater mea à juventute didicisti sequi voluntatem meam, & relinquere omnem voluntatem tuam pro me. Ideo bene dixisti. Fiat voluntas tua. Tu enim es quasi auctor, pretiosum, quod extenditur & percutitur super duram incedunt, quia tu omnibus tribulationibus percutiebas, & in passione meâ praeter ceteris patiebas. Quia quando cor meum in cruce pervehementia doloris rumpebatur, cor tuum ex hoc quasi ferro acutissimo vulnerabatur, & libenter scindi permisisti, si fuisset voluntas mea. Verumtamen etiam si opales vitam meam, & potuisse retrahere passioni meæ, tu tamen nolisti, nisi iuxta voluntatem meam. Ideo bene dixisti. Fiat voluntas tua. His illa ejusdem sensus, hujus & huius adiungenda. Audiens quoque postmodum illam flebilem filii sui vocem, in mortis agone dicens deinde, quod omnia ejus membra obrigerunt, & inclinata jam capite spiritum exhalabat: tunc doloris acerbitas ita cor Virginis suffocavit, quod nullus sui corporis articulus moveri videbatur. Unde non parvum nesciulum in hoc Deus tunc fecisse dignoscitur, cum Virgo Mater tot & tantis doloribus intrinsecus laevata, suum spiritum non emisit, quando tam dilectum filium mundum & cruentatum, vivum & mortuum atque lancea transfixum, omnibus cum deridentibus, inter latrones pendere perspexit: illis pene omni-

A bus, quibus natus extiterat; ab eo fugientibus, & multis eorum à recitatione fidei enomini exorbitantibus. Igitur quemadmodum suus filius super omnes in hoc mundo, viventes amarissimam mortem sustinuit, ita ipsius Mater in sua benedictâ animâ amarissimos dolores sufferendo portavit.

S. 11. Cur Christus cum clamore valido expiravit, sex causa.

I Ta validus Christi morienti clamor, & Matris, & omnium piorum mente summè affectit. Beato Lu- LUC. cap. 23. cæste, Clamans voce magnâ Iesus, ait, Pater, in manus tuas commendabo spiritum meum. Et hæc dicens expiravit. vers. 46.  
Hujus clamoris causa.

Clamoris hujus causa aliquor expendenda. 1. Christus ad tenebrarum fiuem Christus veluti orator è cru- ce, omnibus spectatoribus & auditoribus suis com- probare voluit, se eriam num vivere, jam jam mori- runc. 2. Tenebras celo terraque inductas esse testes, Dei & Dei Filii in cruce movi.

1. Suam & vivendi & moriendi potestatem testa- ce mori, tus est orbi Servator. Qui jam ait Hierosolymis ad 2. Suam & circumfulsum plebem perorans, Ego, inquit, pono animam vivendi & meam, ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatu- orbi retin- tis est.

111. Snam adversus hostes victoriam in orbem to- joan. c. 18. rum proclamavit. En noīter Gedeon stans coram judi- cibus magnam partem siluit, cum morte congressarius clamavit, perinde si dixisset. Hic capitalis est hostis vi- meus, hic mihi debellandus. Hostes potentissimi, mors etiorum & infernus. Fortis sicut mors dilectio, dura, sic us infernus proclama- emulatio. Utique horum hostium jam vicitus est: Christus vicit, & victoriæ morte consignavit, promulga- vers. 6.

IV. Cum clamans expirat, quid aliud quam hoc ipsum animis nostris intonat: Videte, quod peccata mea versa deduxerint: ad falsos judices, ad columnam cruentam, ad supplici locum, ad funestam crucem, ad mutuatum tumulum, ad ipsos inferos. Sumnum in orbe malorum omnium seminarium, miseriariatum omnium pelagius profundissimum, suppliciorum & penarum omnium infatibile barathrum, peccatum vel unicum.

V. Deus patitur, Christus occiditur, Veritas oppri- s. Ut om- mitur, Vita extinguitur, Salus moritur. Obstupescen- nes con- hujs tragœdia choragus jure clamat, ut undique om- fluant ad inauditum nos confluant ad inauditum hoc spectaculum, quale inauditum hoc spe- non fuit in orbe umquam, nec erit. Vide & attendite. faculum. Desiderium Angelorum, delicia gentis humanae, salus omnium nostrum in patibulo expirat.

VI. Fatalis hic clamor fatus edocet, quantus, quam- s. Ut nos que vehemens tam exterior quam interior fuerit Christi edoceret, quam ve- hebens tam acutissimus dolor. De exteriori illud He- brai vatis accipiendum: si est dolor sicut dolor Dei. Sed interior, illo non minor erat interior, ob altissimos animi interior quam exteriores eam ex causa conceptos, quod lytro tam liberis spretò, tor hominum milia nihilominus fronte in & morientis dolores atternos ignes efflent ruituri.

X. S. IIII. Ejusdem in moriente Christo clamor alio sex causa.

VII. C Lamavit Christus, ut doceret nos in periculis & adversis omnibus, & in ipsa morte ceret nos clamare ad Deum. Nemini innocentia runc ab insidiis in adversis diaboli tuta. Refert Historia Scholastica ex Beda sen. & in ipsa tentia, satanam in levo brachio crucis Christi sublætate morte clausisse, b ac vigilissime observasse, num in eo homine mare ad juris aliquid obtinere posset, nec recessisse nebulae Deum.

a His Scho- dum Christus expiravit. Beatus Lucas certè tripliciter ag- laf. lib. de- gressu. Christum memorans tentatum, Et c consummata, hic Euang. illius uero crucis. N. A. 4. anque. c. 172. Sal- mor. tom. secundus. 4.6. ubi pag. 372. b In via sublætate, Ciceron. c. Luc. cap. 4. vers. 13.

inquit, omni tentatione diabolus recessit ab illo usque ad tempus. Nulla quidem in Christo antiqui seminis sui vestigia reperit, non tamen ab eo ita recessit, ut ei reliquo vita tempore molestus interpellaret non esset, sed ad tempus dumtaxat, opportunitate data, vel etiam captata occasione redditurus ad tentandum. Rediit profecto, af-

*Ioan. c. 14. firmante Christo: Venit princeps mortali hujus, & in me non vers. 30. habet quidquam. Hoc est hora vestra, & potestis tenebrarum. Lue. cap. 22. Tunc enim diabolus non dolis tantum certans, sed vers. 53. aperte impugnans vim omnem exeruit, ut Dominius Iesum à Deo abstraheret, aut illum certè perderet & extingueret, quem nullā rerum objec̄ta specie poterat*

*In hoc or- corrumperet. Dum in hoc orbe sumus, numquam à satana temptationibus tuti sumus. Nam etiā aliquando interquieret, ut vaferimus tentator, rediit tamen, & plerumque graviore insultu valentior. Non enim pugnam temptationis, intermitit, ut insolita finem faciat, sed ut animum bus tuti.*

*Pelagius in- solebat: Hoc est magnus opus hominis, ut culpam terpres Gra- suam super leipsum unusquisque ponat coram Domi- nio, & expectet temptationem usque ad ultimum vitæ tempus. Panopliā igitur opus in hunc hostem; reſtendunt illi precatio, ardenti, & extrema hominis singularibus praedictis tam in antecessum, quam eo ipso tempore munienda; clamandum toto pectore: Pater, in manus tua commendo spiritum meum. Sed ne oblivia-*

*rum brevitas nostra.*

*8. Christus VIII. Hoc clamore Christus homines surdos, aut hoc clamo- sordidus veterno pressos, aut scelerum lethargo mersos excite instituit. Monensis Apostoli voces sunt: Surge ferme, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. qui dormi, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Ante annos triginta circiter in superiori Germania terra tremor vehemens & grandis, sed quia nocturnus fuit & brevis, a plurimis non est observatus. Moriente Christo celum & terra insolitus communovit; obnubilat æther, terra tremit, architectus orbis animam agit, & vel expirans clamat, Evigilemus & surgamus. Hora est jam nos de somno surgere.*

*9. Mortem IX. Mortem inclamavit, aliás non ausam accedere, quandoquidem in Dei Filium nil juris habuisset. Mortem igitur vocat, perinde si dicat: O mors, tu adsum mori paratissimus; tu mandata perage in me, & quæcumque ac in omnium aliorum mortalium corpore. Transfig. Ignotis spolis non diu gaudebis. Ita pridie Christus in Oliveto locutus, Quem, ait, queritur? Iesum Nazarenum, ait juris habuisset. Quibus promptissime dixit, Ego sum. Mox iterum querens, Dixi vobis, inquit, quis ego sum. Si ergo me queritur, smite hos abire. Ita mortui inclamans, In me, inquit, vim tuam omnem exprome. Ego sum, qui pro humana gente moriar.*

*10. Ut mor- X. Clamavit Christus moriens, ut mortuos ad vi- tuos ad vitam revocaret. Ita Lazarum evocans è sepulchro, voce tam revo- magna clamavit: Lazare, veni foras. Ajunis, leuiculum recens editum jacere aliquanto tempore mortuum, sed ubi leo pater rugire incepit, velut evigilans catulus vitales mortis ostendit. Clamavit in cruce Christus, & velut leo irruxit. Ad hos leonis de tribu Judæ rugitus, monumenta aperta sunt, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Perinde ac si editam è cruce vocem audiissent: Venite foras.*

*11. Hic XI. Supremus hic Christi clamor miraculum ingenit, non clamant, praesertim crucifixi, præterea viribus jam defectis, sanguine jam pa- ne omni effuso. Vox horum fracta, mortua, ferè nulla: Christus jam animam agens, altum nihilominus cla-*

A mat. Naturæ viribus id fieri non poterat. Hinc illa, quam beatus Marcus commemorat, Romani ducis liberima confessio: Vident autem Centurio, qui ex adversariis stabat, quia sic clamans exprimit, ait, Vere hic homo filius viri. Dei erat.

XII. Denique clamavit, cum exprimat in cruce Christus, quia plurimorum videlicet omnium nostrum omnis animas Patri commendavit, cum commendaret suam, subiungit Qui adharet Domino, inquit Paulus, unus spiritus effectus, nimirum Nisi fide, nisique affectibus Christo adhaeremus, unus datus ergo spiritus cum illo sumus. Quocirca, si Patri suum, suam & nostrum quoque spiritum commendavit. Deinde mens corpus unum nonnisi unam habet animam. Unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus. Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm sint multa, unum tamen corpus sum, ita & Christus. Etenim in uno spiritu omnes noi in unum baptizati sumus. Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus. Si corpus unum, unus ergo & spiritus. Itaque Christus omnium suorum animas Patri commendavit valido clamore. Hic clamor orbe toto, infero superque, terrâ cœlōque auditus est.

#### §. IV. Christi morientis obedientia longissima, & per omne genus obsequii exercitatisima.

P Ompejus Magnus sibi ipse visus est tantus, ut diceatur non dubitet, si vel uno pedis applausu terram feriret, orbem in arma ruiturum. Dux noster Gedeon Magnus clamavit in nocte. Mox clamantis vocem non vivi tantum, sed & mortui audierunt, & è tumulis prodierunt: Multa corpora Sanctorum qui dormierant, surrexerunt. Et exentes de monumentis post resurrectionem ejus, venerantur in sanctam civitatem, & apparuerunt multi.

Obstupescenda fuit Christi morientis obedientia. Hanc Paulus omnium animis affixurus, Humiliavit se. Ad tempus, inquit, factus obediens usque ad mortem, mortuus autem crucis. Undequeaque deum perficissima fuit haec obedientia, cùm Christus jam jam moriturus dicitur: Pater, in manus tuas commendabo spiritum meum.

I. Longissime proflus & assiduissime fuit haec obedientia. Exordium ea sumptus à momento primo Christi Virginis viceribus conceperat, & ad ultimum ulque expirantis halitum perduravit. Nam & in utero Matris perfectum usum rationis Christus habuit, & imperio Patris de morte obeundā se subjecit, in modo quorundam sententia, ut supra demonstratum est, voto sibi obstinavit ad mortem crucis tolerandam. Quemadmodum angelus apostoli ob superbiam & inobedientiam primo à sui creatione momento precipitatus est; ita Dei Filius una & vitam & obedientiam exorsus est. Qui de seipso factetur, in capite libri scriptum est de me ut faciem regnum tuum: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Tunc dixi, Ecce venio. Voluntas Patris erat, ut filius offerendo corpore suo ad mortem, repararet nobis vitam, in qua voluntate, inquit Paulus, sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. De justo sacrificio: Lex Dei in corde ipsius. Justorum princeps, Legem tuam, inquit, in medio cordis mei posui. Decretum tuum, mi Pater, libenter accepisti, nec enim aliud quidquam magis desideravi, quam legi tua obsequi, Mew. Ioan. 14. opus ejus.

II. Varia & nimis quam multiplex fuit haec Christi obedientia. Servorum quisque certo destinatur officio. Ille amanuensem agit, iste ministrum mensæ, alius coenorum, hic musicum; illi à cubiculis, isti à secretis aut auriculis sunt, isti à pedibus; hi equos curant. Christus diversissima obivit munia: 1. Infanteum egit in praefep. Ego dico. 2. Discipulum in synagogâ. 3. Lignum fabrum in domo, idque ad annum ulque trigesimum. 4. Eremolum in locis desertis. 5. Medicum in viis & plateis, cui

cui morbus omnis erat sanabilis. 6. Ecclesiasten & concionatorem in templo, in campis, in montibus, in ipisis aquis. 7. Peregrinum, qui ē loco in locum cominebat. 8. Piscatorem hominum; quod & alios exercere docuit. 9. Exorcistam demonum. 10. Convivam Pharisaeorum & plurium aliorum. 11. Annonæ præfatum, qui multa millia hominum non multis panibus saturavit. 12. Convivatorem, qui totum orbem etiamnum suo reficit convivio. 13. Egit & captivum in horro. 14. Egit & stultum in aula regia. 15. Olitorem & horrulananum egisse quis miretur, cum denique malefatem & latronem egerit in cruce? Hic peccatum igneum, & centum mihi linguis optem, ut qualicumque modo possim eloqui, quia Pater jussit, quām ea Filius obsequenter perficeret, quot personas egerit, nec enim ullius persona vilitate ab integratitate obsequii potuit absisteri. Apertissimè professus est ipse: *Defendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed ejus voluntatem, quā misisti me. Ah, quām nos longē alter! agere personas volvamus, sed nemo viles; iste quidem domini, hic fortuatus, ille opulentus, iste honorati ambit personam; qui servi, mendicari cupiat, nemo est. Christus & captivus & stultus, & seditus & latro, in dō & Barabba latrone deterior haberet non recusat. Eō progressa est ipsius obedientia. O quantum chaos inter nostram & illius obedientiam!*

#### §. V. Obedientia morientis Christi patientissima & perseverantissima.

**III.** Obedientia Christi suprà quām capiamus, humilis & patiens. Hanc oris in utero Virginis, insans perfectæ rationis, certa nobis omnibus non dissimilis, novem mensibus matrem cum carcere habavit. Hymnus Ambrosii restatur: *Tu ad liberandum suscepturns hominem, non horruisti Virginis uterum. Ex utero in stabulum & præsepe. Inde in Ægyptum idolatriæ omnis plantarunt. Ex Ægypto redit Nazarethum. Hic in maternis ædibus velut homo analphabetus, vilis, indecitus, opifex mechanicus ad trigeminum ætatis annum latuit, in quo sunt omnes thesauri sapientie & scientie absconditi, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Exacto anno trigesimo, cum jam ageret concionatorem publicum, quantum injuriarum & proibi, quantum famis, fatigacionis & sitis tulit, dum denique in supplici locum pertractus, in lignum infame attolleretur velut latronum coryphaeus, clavis fixus, veſtimentis affagi, spartilionis instar extensus. Hinc illa gementis voces: Iſa 21. v. 7. Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominum & Iuc. cap. 9. abhæctio plebis. Nimurum filius hominis non habet, ubi caput vers. 52. sum reclinerit. Quām submissa, quām patiens obedientia!*

**IV.** Obedientia Christi perseverantissima. Factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Ad culmen obsequii tam ardui pervenit, cum dixit, Pater, in manu tuas commando spiritum meum. Mi Pater, surdos habeo homines, ad te igitur me verto, fidele depositarium, tibi animam meam committo. Ego quidem omnium voce destinor ad interitum, humani judicii temeritas hoc illuc raptat meam animam, sed illa in absconditam bonitatem tuae custodian immigrabit: tibi illam commendabo. Acerbitissima quidem est hæc animæ à suo corpore avulsi, nihilominus ad nutum tuum, & honori tuo hunc calicem amarissimum exhauriam, ut præceptis tuis ex toto satisfaciam. Quia sic mandasti Pater, ut in causa hominum profunderem animam, in tuas illam manus commando. Cū igitur exhausta clepsydra supremum vite punctum fueret, quo Pater ab omni ævo filium mori voluit, inclinato capite iradidit spiritum. Nec enim manibus & pedibus affixis aliter adversus Patrem reverentiam adhibere potuit. Itaque caput inclinavit veneratus Patrem, & mortem obiit complexus humanam gentem amore perseverantissimo.

A Memento, ait Bernardus, quid Christus ne perderet obedientiam, perdidit vitam, in ipso usque inferos obsequientissimus.

Narrant, à Rogerio, viro religiosissimo, sub vita filii Rogerii nem Arsenium his talibus rogatum: Quid patiar, mihi in morte Pater, cernis, ore te igitur, jube me mori, ut moriar obediendo, & merear etiam moriendo. Anni jam sexaginta sunt, quibus ego Altissimum precor, ut mori mihi licet ad Prædictis mei arbitrium. Arsenius postulatis tam religiosis motus, Ergo, mihi Rogerio, ait, ad majus obedientia promeritum mori te jubeo, & animam tuam conditori tuo reddere. Juvet te patientissimus Jesus pro nobis in cruce mortuus. Dicatum, factum. Abbas loqui desit, & desit Rogerius vivere. Eadem se nocte fistens Arsenio defunctus, Christus Dominus, ajebat, pluris fecit mortem ex obedientia obitam, quām ullam actionem aliam in omni vita susceptam. Nimurum melior est obedientia quām victimæ, & scutare magis quam offerre adipem arietum. Quot igitur Christi actiones, quot gemitus, quot cogitationes, quot verba, tot erant obedientiae sacrificia. Hic dicit homo pulvis, vermicule superbissime, hic obedire dicit, servus hero, ancilla dominæ, monachus Abbatii, civis Principi, fuis quibus praefisi. Quoniam quasi peccatum ariolandum, repugnare, & ibid. v. 23. quasi scelus idolatriæ, nolle acquiscere. Noster Gedeon in vallo crucis, obedientie lampadem extollit & clamat: Quod me facere videtis, hoc facite; qui amat me, imitetur me. Quod facio sciamini. Non est magis serua firmiorque fidei ac obedientiae approbatio, quam si quis undique incommodis conflictatus, nolis undique oneratus, curas & dolores in Dei sinum exoneret, acquiescat spe promissionum eretus. Hic Christi morientis saluberrima quatuor documenta subiectimus. Disce orare, morientis disce vivere, disce mori, disce beati.

**V. Dua ad rem preceptiones.**

**I.** Disce orare. Seriò precaturus intendat vires & i. Disce clamet. Hoc preceptionis genus rex David cre-

berrimè usurpans, Voce meâ, inquit, ad Dominum clama- Psal. 3. v. 5. vi, & exaudiuit me. Deus meus clamabo per diem, & non exaudi- Psal. 21. v. 3. dies: & nocte, & non ad insipientiam mihi. Ad te Domine clama- Psal. 27. v. 1. mabo, Deus meu ne fileas a me. Domine Deus meus clamavi Psal. 29. v. 3. ad te, & sanasti me. Domine exaudi orationem meam, & cla- Psal. 101. v. 2. mor meus ad te veniam. Omnis pæne precatio Davidis clamo fuit. Cordis clamor est precantis ardor & magnum desiderium. Quotiescumque vel cubitu surgimus, vel redimus cubitum, clamemus illud cum Christo. In ma- Psal. 30. v. 6. ntu tuas, Domine, commando spiritum meum, & una voluntatem meam, cogitationes, verba & omnes actiones meas: Domine Jesus miserere mei, & dirige me. Sunt qui numquam quieti se tradant, quin prius conscientiam excutiant, illudque singularissimè à Christo petant: Domine Jesus, per extremas illas in cruce voces, quibus Patri spiritum commendasti, te rogo, suscipe spiritum meum in fine vita meæ. Omne nostrum agere D incipiat à Deo, & in Deo finiat; ex hoc mari effluat, in hoc refluat.

Pari modo in omnibus periculis, tentationibus & rebus adversis suclamandum: Tibi, Domine, commando spiritum meum; ne seducar à cacoedamone. Cū de- Psal. 70. v. 9. fecerit virtus mea, ne derelinquas me. A Christus crucifixus iugi memoria traditus assidue ob oculos obverseretur. Nam & ipse Dominus memoriam nimis memori nos complexus, Ecce, ait, in manibus meis descripsi te, muri tui, Isaie t. 49. coram oculis meis semper. Tui non possum oblivisci. Quin vers. 16. nos amantissimo Servatori paria respondemus: Ecce, Domine Jesus, in corde meo, in lingua mea, in universis actionibus meis descripsi te. Licet omnia perdam, modo Christum crucifixum servem. Etiam si serpens in multas partes dissecurat, modò caput servet, reliquum corpus facile restaurat. Cor nostrum, eheu, quandocunque cutis, sollicitudinibus, ærumnis miserè discerpitur Parum

Parum id refert: Tu modò serva caput, serva Christum & complectere, etiam si pecuniam, etiam si famam, etiam si vitam perdas, serva Christum, & hunc crucificari. *Matt. 10. xiii.* recuperabis omnia. *Estog prudentes sicut serpentes.* *vers. 16.* 11. Diisce vivere. Dixerat Christus: *Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filii Dei, & qui audierint, vivent. Tunc revera fuerat illa hora, quâ Christi validissimus clamor tunculos penetravit, & ad vitam revocavit mortulos; hac hora pridem sepulti è tumulis prodierunt. Etiânum clamat Christus, & magnâ voce fœtida sepulchra subit, humana pectora, multum in iis jacer, cadaverum, ubi abstrusum latet domesticum cuiusque vitium. O quotes tale aliquod cadaver annis decem, annis viginti, annis triginta & pluribus, in ejusmodi apogeo, pectora humano hæret defossum. Audite ô mortui, vocem expirantis Christi, audite & reviviscite. Quid, ô Domine, quid me vis facere? Commendo tibi spiritum meum. Haec ten in te spiritus vanitatis & mundi, spiritus carnis ac diaboli vigebat, & mori te jubebat. Ego meum tibi spiritum commendo: ille te jubebit reviviscere.*

*Attor. t. 9. vers. 7.* Hic insigniter Bernardus de spiritu tam diversi notitiae. Sun ergo hi duo satellites, inquit, maligni illius principis tenebrarum: ut dominetur spiritus nequitia spiritu carnis, & spiritu hujus mundi. Quisquis ergo ex his tribus spiritibus spiritui nostro loquatur, ne credamus ei, quoniam sanguinem sicuti, non quidem corporum, sed, quod gravius est, animarum. At quoniam spiritualis omnium natura est, à sermonibus eorum cognoscemus eos: & quis spiritus sit qui loquatur, ipsa suggestio declarabit. Semper enim spiritus carnis molia, spiritus mundi vana, spiritus malitia semper amara loquitur. Quotiens ergo importuna (ut afflolet) carnalis cogitatio mentem pulsat: verbi gratia, cùm de potu, de cibo, de somno, ceterisque similibus ad carnis curam pertinentibus cogitantes, humano quodam inardescimus desiderio, certum sit nobis spiritum carnis esse qui loquitur, & tamquam adversarium repellamus eum, dicentes: Vade retro satana, quoniam non sapis ea quae Dei sunt, sed magis sapientia tua iniuncta est Deo. Cùm autem non de illecebris carnis, sed de ambitione seculi, de jaçantia & arrogantiâ, ceterisque similibus cogitatio vana versatur in cordibus nostris, spiritus mundi est qui loquitur, longè perniciösior hostis, & majori sollicitudine repellendus. Interdum vero satellitus istis terga vertentibus, princeps ipse habens iteram tamquam leo rugiens insurgit adversus nos, cùm videlicet non ad voluntatem carnis aut facili vanitatem, sed ad iteram, ad impatientiam, ad invidiam, ad amaritudinem animi provocamur, importunè ingredendo, si quid minus amicabiliter ministrâ discreta factum videtur, aut dictum. Si qua denique aut in signo aut in opere quolibet data videatur indignationis occasio, materia suspicionis. Huic ergo cogitationi non aliter quam ipso diabolo resistendum est; nec aliter ab eâ quam ab ipsâ perfidione cavendum. Scriptum est enim: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.*

*Luc. cap. 21. vers. 19.* *Sap. cap. 7. v. 22. & 23.* Fuge igitur, fuge, fuge hos spiritus nequitia. Spiritus intelligentia humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia proficiens. Hunc tibi spiritum commendo.

O Judæi, quam malignus vos agit spiritus! Terra movet, tartarum tremit, cautes dissiliunt, templi velum scinditur, monumenta panduntur, extinguuntur fidera, tunduntur pectora, & adhuc veritati resistitis? sed æquiore jure dixerim: O Christiani, clamant Prophetæ, clamant Apostoli, clamat è cruce Christus, & adhuc vitorum somno indulgetis? ô surdi & impio lethargo meriti! clamatum haec tenus satis est, tot cohortionibus, tot monitis, tot concionibus laboratum est excutiendo veterno, & adhuc jacetis prayâ vivendi consue-

A tudine sepulti saltem hic supremus mortientis Christi clamor lethargum rumpat. Diisce, dum vita est, vivere; suum quisque inquinatum vitium à se profiget, omnem in se virtuosam afflictitudinem expugnet, scipium animos vincerat, & triumphet. Hic intimo sclerorum horre opus est, quisque malit ardenter porcius rogum infilare, quam sciens ac volens delinqueret: satius est vitam centes & sexcentes amittere, quam letali se culpâ vel unicâ obstringere. O Christiani, non tantum faxa, sed & axis duriora Judæorum corda discindit paenitentia: percipientes pectora sua reverberantur. Et uester vos sutor *Lat.* etiânum ligat, adhuc dormitis? adhuc otium & desiderium amat? genium adhuc & profundam gulam tam sollicitate curatis? In omnem adhuc libidinem effulgit? nummos adhuc ante virtutem colitis? adhuc invicem mordetis, & comeditis, & invidetis? Immortales adhuc iras geritis? cædes adhuc & vindictæ supplicia spiratis? Etiânum animi sublati estis, & tantos vobis spiritus tantamque sumitum arrogantium? suum vobis spiritum commendat & clamans, & expirans Christus, Surgite & exurgite à mortuis, & illuminabit vos Christus. Quem hic ultimus Christi clamor non exitar, non veternos tantum, nec tantum mortuos, sed jam sepultus est, & propè in inferno.

### S. VII. Preceptiones ad institutum due alia.

**III.** *D*ilece mori. Notissimum illud Annæ: *Vivere, & dilece totâ vitâ discendum est; & quod magis fortasse mortis miraberis, totâ vitâ discendum est mori. Toti maximi vitæ relata dicitur, omniis impenitentis, cum diritiis, officiis, voluptatibus mortis renuntiâissent, hoc unum in extremum usque etatem egarent. Sicut etiâ scirent: plures tamen ex his nondum se scire confessi, è vita brevi abierunt. Ab hac unâ profectâ scientiâ totius vitæ felicis.* *cap. 22.* *Totum citas dependet. De summi rerum agitur, quando mors vocat. In hoc puncto salutis nostræ cardo vertitur. De beatitudinis & cali jaçetura periclitamus, cùm ad alterius vitæ evocamur. Nullum in omni vitâ graviorem, nullum magis seruum laborem habemus, quam hoc unum, Mori. Ad hunc igitur novissimum, sed & difficultissimum, sed & periculosisimum laborem nos omni vitâ paremus: nullis hinc impendiis, nulli opera parcendum. Ad ultimum hunc actum nostrum fabulæ nos prius horis omnibus exercemus. Quotidie & vel quâvis horâ dicendum: *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.* Ecclesia vocem præit. Nam eâ, quod Amalarus Trevensis exposuit, ter postulandum utitur his vocibus. 1. In sacra synaxi porrigitâ, tamquam in mortis horâ factos has voces effatur: *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. Qui enim, inquit Paulus, manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non iudicantis corpus Domini. Alimentum autem venenum est.* 2. Ad precium horarum clausulam cædem voces aliquoties repetuntur. Dormientes majoribus plurib[us]que periculis 1. *Cor. 10. 10.* 2. *Ad verdebitor in omnem se partem torquet, & paullatim circumspicit asylum, quô se recipiat, interim verusta nomina sarcit novis, & veruram facit.* Si denique abdicant omnia, ad destinatum properat asylum. Dominus Jesus & crucifixus refugium nostrum & virtus, asylum utissimum est. Huc quotidie, huc quâvis horâ, idque in actionibus nostris omnibus, vigilanti oculo collineamus. Hic esto terminus noster, hæc nostra meta, ad quam eant omnia. Commendemus animas nostras, ut mons Petrus, in benefactis fidelis creatori. Non cognatis, non amicis, non filiis, frustra id agimus. Cùm itaque suprema hac hora illuxerit, age quod agis, non aurum negorum tracta, sed cali, ad obeundam mortem proprius, patatus*

ratus esto. Hic velle tergiversari, valde noxiū. Te tuā que omnia plenissimè Deo commenda. Aſfidū cum Stephano clama: Domine JESV, ſuscipe ſpiritum meum. Ita Baſilius Magnus, ita Rex Galliarum Ludovicus, ita in numeri alii Christum Servatorem imitati preocabantur. Spiritus eo tempore curandus, cetera omnia Deo per mittenđo. Orto incendio ad id quod domus pretiosissimum habet, curritur. Arcam nummariam, aut si quid gemmarum vel theſauri loco ſervavimus, igni subducere properamus. Thesaurus noster, eſt animus noster, commendemus illum in benefactis fidelis creatori.

I. V. Dilice beati. Beatitudinis pars maxima eſt, diuinis manibus & arbitrio Numinis committere omnia. Hic ſolū ſecuritas, hīc rei noſtra augmentum, hīc opulentia, hīc vita eſt. Quæ noſtri aliorumve manibus inferuntur, mille periculis exponuntur, nimium intuta ſunt. Monuit Christus, ut quod theſauri nobis eſt, hoc ærugini, furibus, igni, infidisi omnibus ſubtrahamus, & reponamus cælo, quòd nec ærugo, nec fures, nec ignis, nec infidis illæ poſſint pertingere. Codicis divini phrasis eſt: Posuit animam ſuam in manu ſuā, hoc eſt, in ſumnum ſe diſcriben̄ objecit. Quæcumque in manu Dei collocaνt, ſeu voluntas noſtra, ſive facultates, ſeu eleemosynæ noſtræ, loco ſunt tutissimum, nemo hanc custodiā effinget. Dilucide hoc Christus affiſmans, Ores mee, inquit, vocem meam audiunt; & ego cognosco eas. & ſequuntur me. Et ego vitam eternam do eu, & non peribunt in eternum, & non rapiet eis quisquam de manu meā. Non mirarum. Domine, ē manibus tuis nil poſſe rapi; Altissimi poſſuſti refugium tuum, non accedit ad te malum.

Qui ſe ſuā que omnia in manu Dei po- auerit? Is porid in manu Dei ſe ſuāque omnia ponit, qui cuncta negotia ſua, eorūque exitum, qui tam gaudia ſua, quam ſuos mortores, qui omnem ſuam voluntatem ſequit totum ex integro divina voluntate tradit ac ſubmittit. Sibi q̄ ipſe dicit: Deus ſupr̄ me curat, tamquam me ſolum curat; fido illi, cui me committo perfectissime, quod partium mearum eſt, facio; geſterā propterea omnia divina gubernationi ac providentia permitto. Prævio Deo, prævio Christo nocere mihi nec hominum quisquam nec dæmonum potest, niſi ego mihi nō cream ipſe. Niſi meo mēmē gladio conuulnem, hac certe invulneratus perifio.

Rabbi Moyses epiftolā ad Judæos Maſſilia degentes, ait, divina legi fundamentali eſt hoc, quod omnium animis altissimè inſigendum: omnia in mundo contingit, miseria omnes & poena, caſtigationes & turbulas omnes, à voluntate noſtrâ proficieuntur, nobilique propter noſtras immittuntur noxas. Ita profeſtō eſt: Unum atque unicum in orbe malum eſt peccatum, malorum omnium ſeminarium. Ab hoc tū ſimus, & illæ erimus ab omni malo. Veriſima terra beatitudine eſt. Peccatum fugere, & totum ſe ſe Deo committere. Diſce beati. Ei cur Deo non noſtra omnia in manus de- mīſi? Sartori pannū, coriū, telam, bombycinam, ſeutularam, Damascenam, holofernicam, piſtam, Attaliam circi diuitiis, cum liberali dicte, Sume hinc quantum opus, & vēstem concinna: non eſt quod textili materia parcas; Et avaritiā tam exitiabilis voluntatem noſtrā ſuāque omnia non credamus Deo?

Pſ. 30. v. 16. Sapienter & ſancte David, In manibus tuis, inquit, fortes mea. Tu illas miſere, tempora, dispone: quidquid de- mī ſi mihi eſt eventurum, ē manibus tuis expeſto, id omne paratiſſimā voluntate accepturus. Sat bonum, & ſat forem habeo protectorem Deum meum, cui vita mortisque mea ſummam confidentiſſimè credo. Vivam quādū volueris, mi Deus, & quando volueris, moriar. Idecirco jam nunc & quovis momento ſpiritum meum in tuas manus commando.

Si cui proſpecturus dicat Deus: Elige tibi fidum ho- minem, cui negotia tua committas. Patrem, opinor, aut matrem, aut quem amicorum ſciret fideliſſimum,

A eligeret. At habemus his longè fideliſſorem, quia & pro-videntiorem & noſtri amantiorem Christum Domi- nū. Hoc ſciamus, quia omnia dedit ei Pater in manu. Si Ioh. cap. 13. omnia, cur nos facultate, à Patre dataſ his manibus sub- trahamus? Obi orbem, homo diffidens, num invenias manus, quæ cælum condere, & ſtellis inoculare, quæ terram aëris mediſ firmare, & eam plantis, animalibus, metallis opulentare poſſint. Manus Domini fecerunt hæc omnia. In manus ejus omnes finis terra. Orbem obi, homo incredule, & manus medicas quare, quæ cæcos, ſurdos, muſos, quæ hydropticos paralyticos, fanaticos, energumenos, lunaticos, quoctunque morbo ægros contactu ſolo ſanare poſſint. Hoc Christi manus poſſunt. Hinc omnis turba querelat eum tangere, quia virtus de Lue. cap. 6. illo exibat, & sanabat omnes. Universoſ orbis ſinu pera- gra, homo puſillanimis & emortua ſidei, quæ manuſ, quo pro te viñete, terebrata, conſolle, vulnerata, clavis transfixæ ſint, nec alias uſpiam reperies niſi Christi manus. Quin igitur hiſ ipsiſ manibus quavis horā, quo- viſ momento te tuāque omnia, ingenti animo ſumma- que fiduciā commendas & clamas. In manus tuas com- Pſ. 30. v. 6. mendō ſpiritum meum; redemif me Domine Deus veritatis.

## C A P V T VII.

## De beatissimo Christi Revivisen- tis horto.

L Vgentis Ecclesiæ ſacrum carmen eſt: Ecce quomodo moritur iuſſus, & nemo percipit corde. Veriſſimum. Moritur Christus, & quis eſt qui hanc mortem percipiat corde? Iconem crucifixi JESV ſalutamus oſculis. Piè hoc: ſed ubi eſt? Ceremonia inhaeremus, ſed ubi dolentis animus? Crucem veneramur, ſed quiſ pendens in cruce ſocietatem ambit? Mortientem Christum aspicimus; ſed ubi commorientes ſunt? Ah! nemo percepit corde.

Ergo mortuus eſt iuſtorum omnium iuſtissimus, ſed morte nicit moriendo. Si ergo, inquit Bernardus, deſi- bernard. feras Deum videre ſublimem, humilem prius I E S V M videre ſerm. 1. de verbiſ Iſaiæ: carato. Intuire prius exaltatum ſerpentem in deferto, ſi videre deſideras regem in ſolio reſidentem. Iſla & humiliſ viſo, ut illa exalte humilitatum; reprimat iſla timorem tuum, ut illa repleat deſiderium tuum. Mors Christi tot ſeculū ſperata, tot annorum ceutrius expeſtata, tot deſiderii ac ge- mitibus opraata, tot vatum oraculis denuntiata, tot fa- cificiorum differentiis adumbrata, in vitam nos omnes reſtituit. Hac unā morte vivimus, aliter aeternū mori- Per morte Christi vivimus, aeternū perituri nō. turi, niſi illa precessifet; aeterno celorum exilio dam- nandi, niſi mors illa patrie, quam perdiſeramus, reſti- Periſſet non Iſraēlis tantum populus, ſed humana gens universa. Una igitur morte vivimus omnes, morituri omnes ſine hac morte. Mitum, ter mirum: Mors niſi perimere docta, vitam eſt largita.

Vivit Dominus JESV, qui in cruce noſtri cauſa eſt mortuus: Surrexit ſicut dixit. Penderit in trabe mortem Matt. 2. 28; conſideravimus, nunc & rediui gloriam contempla- vers. 6. mur. Hec duo tam ſibi adversaria juxta ſe ſtatuerū noſtri erat conſiliū, principio hujus libri. Et ejus rei cauſam affiſgabimus.

§. I. Mors & vita juxta ſe poſta magis elueſcant.

I Ta ſe habet multarum rerum veniſtas & pulchritu- Veniſtas do, ut, niſi ea deformata & oppoſita turpitudo multarum rerum niſi comitetur, vel etiam praecedat, multum illa ſui amittat, eam defor- & in-